# ADORAZIONE EUCARISTICA
# NELLE DOMENICHE DI QUARESIMA

**CANTO D'ESPOSIZIONE**
Pange, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte coenæ
Recúmbens cum frátribus
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

V. Sia lodato e ringraziato in ogni memento.
**R. Il Santissimo e Divinissimo Gran Sacramento.**

V. Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo.
**R. Come era nel principio, ora e sempre e nei secoli dei secoli. Amen.**

Pater noster…

Ave Maria…

Angele Dei…

**SILENZIO**

**LITANIAE DE SANCTISSIMO SACRAMENTO**
Kyrie, eleison. **Kyrie, eleison.**
Christe, eleison. **Christe, eleison.**
Kyrie, eleison. **Kyrie, eleison**.

Christe, audi nos. **Christe, audi nos.**
Christe, exaudi nos. **Christe, exaudi nos.**

Pater de caelis, Deus, **miserere nobis.**
Fili, Redemptor mundi, Deus, **miserere nobis.**
Spiritus Sancte, Deus, **miserere nobis.**
Sancta Trinitas, unus Deus, **miserere nobis.**

Panis vive, qui de caelo descendisti, **miserere nobis.**
Deus absconditus et Salvator, **miserere nobis.**
Frumentum electorum, **miserere nobis.**
Vinum germinans virgines, **miserere nobis.**
Panis pinguis et deliciae regum, **miserere nobis.**
Iuge sacrificium,**miserere nobis.**
Oblatio munda, **miserere nobis.**
Agne absque macula, **miserere nobis.**
Mensa purissima, **miserere nobis.**
Angelorum esca, **miserere nobis.**
Manna absconditum, **miserere nobis.**
Memoria mirabilium Dei, **miserere nobis.**
Panis supersubstantialis, **miserere nobis.**
Verbum caro factum, habitans in nobis, **miserere nobis.**
Hostia sancta, **miserere nobis.**
Calix benedictionis, **miserere nobis.**
Mysterium fidei, **miserere nobis.**
Praecelsum et venerabile Sacramentum, **miserere nobis.**
Sacrificium omnium sanctissimum, **miserere nobis.**
Sacrificium vere propitiatorium pro vivis et defunctis, **miserere nobis.**
Caeleste antidotum, quo a peccatis praeservamur, **miserere nobis.**
Stupendum supra omnia miraculum, **miserere nobis.**
Sacratissima Dominicae Passionis commemoratio, **miserere nobis.**
Donum transcendens omnem plenitudinem, **miserere nobis.**
Memoriale praecipuum divini amoris, **miserere nobis.**
Divinae affluentia largitatis, **miserere nobis.**
Sacrosanctum et augustissimum mysterium, **miserere nobis.**
Pharmacum immortalitatis, **miserere nobis.**
Tremendum ac vivificum Sacramentum, **miserere nobis.**
Panis omnipotentia Verbi caro factus, **miserere nobis.**
Incruentum sacrificium, **miserere nobis.**
Cibus et convivia, **miserere nobis.**
Dulcissimum convivium, cui assistunt Angeli ministrantes, **miserere nobis.**
Sacramentum pietatis, **miserere nobis.**
Vinculum caritatis, **miserere nobis.**
Offerens et oblatio, **miserere nobis.**
Spiritualis dulcedo in proprio fonte degustata, **miserere nobis.**
Refectio animarum sanctarum, **miserere nobis.**

Viaticum in Domino morientium, **miserere nobis.**
Pignus futurae gloriae, **miserere nobis.**

Propitius esto, **parce nobis, Domine.**
Propitius esto, **exaudi nos, Domine.**

Ab indigna Corporis et Sanguinis tui susceptione, **libera nos, Domine.**
A concupiscentia carnis, **libera nos, Domine.**
A concupiscentia oculorum, **libera nos, Domine.**
A superbia vitae, **libera nos, Domine.**
Ab omni peccandi occasione, **libera nos, Domine.**
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis manducare desiderasti, **libera nos, Domine.**
Per summam humilitatem, qui discipulorum pedes lavisti, **libera nos, Domine.**
Per ardentissimam caritatem, qua hoc divinum Sacramentum instituisti, **libera nos, Domine.**
Per Sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in altari reliquisti, **libera nos, Domine.**
Per quinque vulnera huius tui Corporis sacratissimi, quod pro nobis suscepisti, **libera nos, Domine.**

Peccatores, **te rogamus, audi nos.**
Ut in nobis fidem, reverentiam et devotionem erga hoc admirabile Sacramentum augere et conservare digneris, **te rogamus, audi nos.**
Ut ad frequentem usum Eucharistiae per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris, **te rogamus, audi nos.**
Ut nos ab omni haeresi, perfidia ac cordis caecitate liberare digneris, **te rogamus, audi nos.**
Ut sanctissimi huius Sacramenti pretiosos et caelestes fructus nobis impertiri digneris, **te rogamus, audi nos.**
Ut in hora mortis nostrae hoc caelesti viatico nos confortare et munire digneris, **te rogamus, audi nos.**
Fili Dei, **te rogamus, audi nos.**

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, **parce nobis, Domine.**
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, **exaudi nos, Domine.**
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, **miserere nobis, Domine.**

Christe, audi nos. **Christe, audi nos.**
Christe, exaudi nos. **Christe, exaudi nos.**

Kyrie, eleison. **Kyrie, eleison.**
Christe, eleison. **Christe, eleison.**
Kyrie, eleison. **Kyrie, eleison**.

## BENEDIZIONE EUCARISTICA

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

V. Panem de coelo prestiti eis.
**R. Omne delectamentum in se habentem.**

V. Oremus.
Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti:
tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari;
ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.
Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.
**R. Amen.**

+++ BENEDIZIONE +++

Dio sia benedetto,
Benedetto il suo santo nome,
Benedetto Gesù Cristo, vero Dio e vero Uomo,
Benedetto il nome di Gesù,
Benedetto il suo sacratissimo cuore,
Benedetto il suo preziosissimo sangue,
Benedetto Gesù nel santissimo sacramento dell'altare,
Benedetto lo Spirito Santo paraclito,
Benedetta la gran madre di Dio, Maria santissima,
Benedetta la sua santa e immacolata concezione,
Benedetta la sua gloriosa assunzione,
Benedetto il nome di Maria, vergine e madre,
Benedetto san Giuseppe, suo castissimo sposo,
Benedetto Iddio nei suoi angeli e nei suoi santi.

Mira il tuo popolo, o bella Signora,
che pien di giubilo oggi ti onora;
anch'io festevole, corro ai tuoi piè. *Rit.*

Il pietosissimo tuo dolce cuore
egli è rifugio al peccatore.
Tesori e grazie racchiude in sé. *Rit.*

*Rit. O Santa Vergine,*
*prega per me.*
*O Santa Vergine,*
*prega per me.*